



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Maioritate Et Obedientia. Titulus XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

156 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
DE MAIORITATE ET
Obedientia.

Titulus XXXIII.

Continuatio:

Decorum est, cùm certi clericorum sint gnu-
dus, vt illi, qui in inferioribus sunt consti-
tuti, Prælatorum superiorum præminentias
& dignitatem debita obedientia reuereantur.

Quid Maioritas?

Maioritas est, prærogatiua, qua quis cæteris
paribus vel inferioribus dignior, maioriq[ue] ho-
nore afficiendus est, c. extr. eod.

Quæ causæ Maioritatis?

Causæ esse possunt, prærogatiua Ordinis, co-
secrationis, dispensationis, prioritas & præemi-
nentia ordinantis. Ordo enim efficit, vt p[ri]o[ti]fer
presbytero, & presbyter diacono, &c. maior, ho-
norabilior, & magis reuerendus sit. 2.consecra-
tio, vt Episcopi, qui consecrant clericos, c. olim,
dist.95. 3.dispensatio: vnde Archidiaconus ma-
ior est Archipresbytero, c. i. extr. de off. archi-
presb. 4.prioritas: vnde prior tempore alteri
præferendus est, c. i. extr. de parœcijs. 5.præemi-
nentia ordinantis: quia ordinatus à Superiore
inter alios eiusdem Ordinis magis est honoran-
dus, c. per tuas, extr. eod.

Qui Effectus?

Effectus maioritatis sunt, 1. quòd prior in
Ordine,



Ordine, etiam in cessione, subscriptione, respon-
fione, dignitate, vacantium collatione, & eti-
am in perceptione beneficij præferatur, c. hinc
igitur, 18. dist. c. episcoporum, dist. 74. & habet
hoc locum in æqualiter meritis: nam digniores
etiam post ordinati in electionibus præferentur,
c. licet, 8. quæst. 1. Item in his, qui eiusdem sunt or-
dinis & dignitatis, alias secus, c. cōsuluit, dist. 74.

2. Quod ille, qui maioris dignitatis est in Ec-
clesia, vel si non est ibi dignitas, qui maioris est
Ordinis, vel si sunt æqualis Ordinis, ille qui pri-
us ordinatus est, magis sit honorandus, & possit
nominare, vel solenniter eligere personam in
Scrutinio, nisi fortè alius de iure consuetudina-
rio, vel ex priuilegio hoc habeat, c. 1. eod. Simili-
ter, vacante Ecclesia, Prepositos, vel Abbates, vel
alios prior vocare debet, & alij ei tenentur inten-
dere, c. à Subdiacono, dist. 93.

3. Quod, non obstante absentia vocatorū, va-
lebit per præsentes actus celebratus.

4. Quod ad sacros Ordines promotus in mi-
noribus ordinibus constituto in electione præfe-
ratur, c. dydum, extr. de elect.

5. Maior in ordine, licet in Ecclesia posteriùs
receptus, in loco & portione præferatur, c. statu-
imus, extr. eod.

6. Quod alij omnes huic, ob maioritatem, o-
bedientiam præstare teneantur, toto tit. extr.
eod.

Quid Obedientia?

Obedientia est, subiectio, quam inferior cle-
ricus superiori, iuxta iuris statutique normam,
vel

138 ANALYS. IURIS PONTIFICII
vel manu data, vel praestito iuramento promis-
tit, c. cum in Ecclesijs, & c. legebatur, extr. de ma-
ior. & obed. c. dilecti filij, eod.

Quæ forma Obedientiæ?

Forma obedientiæ, quam præstant Episcopoi
Metropolitanis, habetur in c. dilecti filij, ex-
eod. De forma Abbatis, c. ne Dei Ecclesiam, ex-
de symon. Quomodo Canonici fidelitatem in-
runt, habetur c. cum inter, extr. de sententijs, &
rei iud.

Quod Obiectum?

Obiectum obedientiæ est, præstatio reueren-
tiæ, obsequij, honestorumq; officiorum, c. statu-
mus, extr. eod. c. non oportet, dist. 93.

Quæ Pugnantia?

Pugnantia sunt, inobedientia, proteruitas
& pertinacia clerici, in quem pœna infamia, ex-
communicationis, vel depositionis, & expulsio-
nis Canonibus statuta est, c. illud dominus, c. c.
in Ecclesijs, c. si quis venerit, extr. eod.

A X I O M A T A.

Sede Episcopali vacante, iurisdictio potestasque or-
dinaria, quæ Episcopo competebat, omnis, tam spiritua-
lum, quam temporalium administratio interim ad Ca-
pitulum spectat, c. cum olim, c. his, quæ, extr. eod.

Primus Ordinatus ceteris paribus prior & maiori
habendus est, c. i. extr. eod.

Qui maior est ordine, licet in Ecclesia posterius re-
ceptus, in loco & portione prefertur, c. statuimus, extr.

D E

